Fragmentarium

EN FER IIII IN PASCH

DS qui inter orbiſ primordia · ſubductoſ fluctu pelagi terraſ uario germine fecundaſti · & inter arborũ comaſ · herbarum quoq; gemmaſ depinxiſti · am̄

Concede paſtor optime gregem tuũ tuã reſurrectionẽ celebrantem paſcuiſ perennib; introduci ; amen

Quo te cuſtode ſic oueſ gubnentur & agni · ut nulluſ locuſ pateat in p̄da raptori ; Sed erepti fauce de lupi · beati paradyſi mereant̄ florib; epulari ; Ille uoſ bened ·

EN FER QUINTA

DS̄ qui & terra uirgine adam pridem condere uoluiſti · & tu adam caeleſtiſ quadam ſimilitudine · ſed pfecte ſine peccato de uirgine naſci dignatuſ eſ ; am̄

Et ſic radicauerat ab illo nr̄ae moſtiſ exordiũ · conuerſo ordine ſumeret uita principiũ ;

Concede miſericorſ huic plebi ſalutifera paſchae ſolemnia celebranti · omne ſuum uelle in tua uoluntate plantare ;

ſupplicamuſ · ut qui de meritorum qualitate diffidim · n̄ iudicium ſed miſericordiam conſequamur ;

Eſto q̄ſ dn̄e propitiuſ plebi tuę · ut quae tibi non placent reſpuentes · tuorum potiuſ repleantur · delectationib mandatorum ;

Succurre q̄ſ dn̄e populo ſupplicanti · & opem tuã tribue benign̄ infirmiſ · ut ſincera tibi mente deuoti · & p̄ſentiſ uitae remediiſ gaudeant & futurae ;

Concede q̄ſ omp̄ſ d̄ſ · ut p̄tecti a maliſ omnib; · ſecura tibi mente ſeruiamuſ ;

Protege dn̄e populũ tuũ · & in ſc̄orum tuorũ patrocinia confidentem · pp&ua defenſione conſerua ;

Conſerua q̄ſ dn̄e populũ tuũ · & ab omnib; quaſ meretur aduerſitatib; redde ſecurum · ut tranquillitate pcepta · deuota tibi mẽte deſeruiat ;

Tueatur q̄ſ dn̄e dextera tua populũ ſupplicantẽ · & purificatum dignant̄ erudiat · ut pconſolationẽ p̄ſentem · ad bona futura proficiat ;

License: cc-by-nc-sa – München, Bayerische Staatsbibliothek, Clm 29304(1, (0001) – Benedictionale
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-43jk/2802/32006)